

## LICEO CLASSICO “MASSIMO D’AZEGLIO”

### COMPITI DELLE VACANZE ESTIVE PER GLI STUDENTI CHE HANNO FREQUENTATO LA QUINTA GINNASIO NELL’ANNO SCOLASTICO 2023/24

**Traduci in italiano le seguenti versioni:**

#### **1) Presagi nefasti ignorati (da Valerio Massimo)**

Flaminio e Mancino ignorarono per superbia i messaggi nefasti ricevuti dagli dei in sogno. Al primo tale atteggiamento costò la grave sconfitta di Roma sul Trasimeno, mentre il secondo, in procinto di partire per la Spagna, fu ammonito per ben due volte di non farlo da presagi di varia natura.

Flaminius, inauspicato consul creatus, postquam apud lacum Trasumenum, cum Hannibale conflicturus, convelli signa iusserat, procidente equo eius humi prostratus est. Nullo modo eo prodigo inhibitus, praedixit signiferis ut signa moverent. Negantibus illis, quia signa moveri sua sede non poterant, minaciter imperavit ut effoderent terram. Verum huius temeritatis poenas non modo consul, sed etiam populus Romanus dedit, summam cladem accipiens. Consulis obtruncati corpus ut funeraret quaesivit Hannibal. Flaminii autem praecipi audaciae Caius Hostilius Mancinus perseverantia successit. Illum consulem haec prodigia admonuerunt ne Hispaniam contenderet: dum Lavinii sacrificium facit, pulli, a cavea emissi, in silvam fugerunt summaque diligentia quaesiti reperiri nequiverunt (“non poterono”). Postquam contenderat pedibus in Herculis portum, navem concensurus, vox sine auctore ad aures eius pervenit: “Mancine, mane”.

## **2) Dario è sicuro della vittoria (da Curzio Rufo)**

Siamo alla vigilia della battaglia di Isso, combattuta tra i Macedoni di Alessandro Magno e i Persiani di Dario III. L'esercito persiano è enorme e terribile e Dario è sicuro che gli dei gli concederanno la vittoria.

Darius, illud quod Parmenio Alexandro frustra suaserat, hostem facturum esse coniectans, frenatos equos stare magnamque exercitus partem in armis esse ac vigilias intenta cura servari iusserat. Ergo ignibus tota eius castra fulgebant. Ipse cum ducibus propinquisque agmina in armis stantium lustrabat. Solem et Mithrem sacrumque et aeternum invocabat ignem, ut illis dignam vetere gloria maiorumque monumentis fortitudinem inspirarent. Profecto adeo clara erant auguria divinae opis, ut de auxilio deorum non dubitaret. Ipsi nuper in Macedonum animis tantam et subitam incusserant formidinem, ut adhuc lymphati errarent, arma abicientes; ergo rectum erat ut dipraesides Persarum imperii expeterent poenas vaecordiae et insaniae hostium. Praeterea Darius ipsum Macedonum ducem, Alexandrum , minuebat: ut praedam ante eum positam videbat, excitabatur modo ferarum nec perniciem, quae ante positam praedam imminebat, vitare temptabat.

## **3) La nascita di Roma (da Floro)**

La leggenda di Romolo e del fratello Remo trova nel racconto di Floro una sintesi essenziale: si comincia con la presunta paternità di Marte, l'esposizione dei bambini, la lupa che li nutre, il pastore che li alleva, per finire con il sacrificio di Remo. Roma era stata edificata sul sangue e sarebbe stata una città guerriera.

Primus ille et urbis et imperii conditor Romulus fuit, Marte genitus et Rhea Silvia. Hoc de se sacerdos gravida patefecit nec mox fama dubitavit, cum, Amulii regis imperio abiectus in profluentem cum Remo fratre, extinctus non esset. Postquam fluvius Tiberinus amnem repressit, relicta catulis lupa, audito vagitu, ubera admovit infantibus matremque se gessit. Sic repertos apud arborem Faustulus regii gregis pastor secum duxit in casam atque educavit. Alba tunc erat Latio caput: Amulius iam septima subole regnabat, fratre pulso Numitore, cuius ex filia Romulus descendit. Igitur statim prima iuventae face patruum ab arce deturbat, avum reponit, ipse fluminis amator et montium, apud quos erat educatus, moenia novae urbis agitabat. Ad tutelam novae urbis vallum exstruebatur: eius dum angustias Remus increpat saltu, fortasse iussu fratris occisus est. Prima certe victima fuit munitionemque urbis novae sanguine suo consecravit.

#### **4) La vecchiaia può essere un'età felice (da Cicerone)**

I senatori dei tempi antichi Curione, Cincinnato, Servilio Ahala, anziani e ormai dediti alla coltivazione dei loro campi, chiamati a servire la patria nel momento del bisogno, ebbero certamente una vecchiaia felice.

Cum Samnites Curio ad focum sedenti magnum auri pondus attulissent, repudiati sunt; non enim aurum habere praeclarum se putare dixit, sed eis qui haberent aurum, imperare. Poteratne tantus animus efficere non iucundam senectutem? Sed venio ad agricolas. In agris erant tum senatores ; aranti Lucio Quinctio Cincinnato nuntiatum est eum dictatorem esse creatum; cuius dictatoris iussu magister

equitum Cius Servilius Ahala Spurium Maelium regnum adpetentem occupatum interemit. A villa in senatum arcessebatur et Curius et ceteri senes, ex qui qui eos arcessebant, viatores nominati sunt. Num igitur horum senectus miserabilis fuit qui se agri cultione oblectabant? Mea quidem sententia haud scio an nulla beatior possit esse.

### **5) La difficile carriera politica di un “homo novus” (da Cicerone)**

Cicerone mette in evidenza come la sua condizione di “homo novus” lo sfavorisca rispetto ai membri delle famiglie illustri. Si paragona a Catone il Censore, che volle eccellere per virtù, e afferma che sia inevitabile crearsi inimicizie.

Non idem licet mihi quod iis (licet) qui nobili genere nati sunt, quibus omnia populi Romani beneficia dormientibus deferuntur; longe enim alia lege et condicione in hac civitate mihi vivendum est. M. Catonem memini, hominem sapientissimum et vigilantissimum; qui cum se virtute non genere populo Romano commendandum esse putaret, cum ipse sui generis initium ac nominis ab se gigni et propagari vellet, hominum potentissimorum suscepit inimicitias, et maximis laboribus suis usque ad summam senectutem summa cum gloria vixit. Haec eadem est nostrae rationis via. Videmus quanta sit in invidia quantoque in odio apud quosdam nobiles homines novorum hominum virtus et industria; si ullum locum aperuerimus suspicioni aut crimi, accipiendum statim vulnus erit; semper nobis vigilandum, semper laborandum erit. Tacitae magis et occultae inimicitiae timendae sunt quam apertae. Hominum nobilium non fere quisquam nostrae

industriae favet; nullis nostris officiis benevolentiam illorum adlicere possumus.

## **6) L'inizio del regno di Servio Tullio (da Cicerone)**

Servio Tullio, di umili origini e cresciuto alla corte del re Tarquinio Prisco, fa ben presto notare le sue doti di intelligenza ed eloquenza, tanto da presentarsi, alla morte di quest'ultimo, come suo successore.

Post Tarquinium Priscum Servius Tullius primus iniussu populi regnavisse traditur, quem ferunt ex serva Tarquinensi natum esse. Cum domi Tarquinii cum famulis eius educatus esset et ad epulas regis adsisteret, non latuit scintilla ingenii quae iam tum elucebat in puer, qui erat in omni vel officio vel sermone sollers. Itaque Tarquinius, qui admodum parvos tum habebat liberos, sic Servium diligebat, ut is vulgo haberetur filius, atque eum summo studio omnibus iis artibus quas ipse didicerat ad consuetudinem Graecorum erudivit. Sed cum non multo post Tarquinius insidiis Anci filiorum interisset, Servius, ut antea dixi, regnare coepit, non iussu sed voluntate atque concessu civium. Cum Tarquinius ex vulnere aeger fuisse sed etiamtum vivere falso diceretur, ille regio ornatu ius dicere instituit multaque comitate usus obaeratos pecunia sua liberavit. Sed, Tarquinio sepulto, cum duo Ancii filii poscerent a senatu ut Servius imperio privaretur, ipse populum de se consuluit, iussusque est regnare.

## **7) Ricordi di scuola (da Agostino)**

Sant'Agostino ricorda gli anni in cui, ancora bambino, era costretto ad imparare il greco e, a causa dei metodi molto severi del maestro, aveva sviluppato un vero e proprio odio per questa lingua.

In ipsa pueritia in scholam datus sum, ut discerem litteras, in quibus quid utilitatis esset ignorabam miser. Enim non amabam Graecas litteras, quibus puerulus imbuebar. Adamaveram tamen Latinas litteras, non quas primi magistri docent, sed Vergilii carmina, in quibus de Aeneae erroribus avide legebam et Didonis mortem plorabam, quia se ob amorem occiderat. Cur ergo Graecam grammaticam oderam? Nam etiam Homerus peritus est texere tales fabellas, sed amarus erat mihi puero. Videlicet difficultas ediscendae linguae peregrinae, quasi felle aspergebat omnes suavitates Graecarum narrationum. Nulla enim verba illa noveram, et saevis terroribus ac poenis, ut ea discerem, magistri mihi vehementer instabant.

## **8) Il coraggio delle donne mette fine alla guerra (da Livio)**

La guerra tra Romani e Sabini, nata dal rapimento delle donne di questi ultimi, viene interrotta secondo la leggenda dall'intervento delle donne stesse, che mette fine ad uno scontro tra i loro mariti e i loro padri.

Post Sabinarum virginum raptum, inter Romanos ac Sabinos bellum ingens exarserat. Dum uterque exercitus totis viribus fortiter pugnatur, Sabinae mulieres, quarum ex iniuria bellum ortum erat, crinibus passis scissaque veste, victo muliebri pavore, ausae sunt se inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto dirimere infestas acies, dirimere iras, hinc patres, hinc viros orantes, ne sanguine se nefando socii

generique respergerent, ne parricidio macularent partus suos, nepotum illi, hi liberum progeniem. “Si adfinitatis inter vos, si conubii piget, in nos vertite iras; nos causa belli, nos vulnerum ac caedium viris ac parentibus sumus: perire malumus quam sine alteris vestrum viduae aut orbae vivere”. Movet res et multitudinem et duces; silentium et repentina fit quies; inde ad foedus faciendum duces prodeunt. Nec pacem modo sed civitatem unam ex duabus faciunt. Regnum consociant: imperium omne conferunt Romam.